

576.

Kaiser Heinrich VI. restituirt dem Kloster Bosau die Kirche zu Zwickau, sowie verschiedene andere Güter. — Zeugen: Die Markgrafen Konrad und Albrecht. Bei Merseburg, 1192 Dez. 8.

Hdschr.: Kop. Perg. Chart. Bosav. (Saec. XV.) S. 38. Kgl. Bibliothek Dresden.

Gedr.: Schöttgen und Kreysig, Diplom. 2,437. Stumpf 4787.

5

— — Huius rei testes sunt. Bertoldus Nuemburgensis episcopus. Euerhardus Merseburgensis episcopus. Conradus dux Sweuorum. Bernhardus dux Saxonie. Hermannus lanegravius Thuringie. Otto marchio de Brandenburg. Albertus marchio Misnensis. Conradus marchio de Landesberg. Sifridus comes de Orlamunde. Albertus comes de Werningenrode. Rupertus de Durne. Cuno de Minzenbere. Henricus marscalcus 10 de Collendin et alii quam plures fide digni.

Signum domini Henrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)

Ego Conradus Moguntinensis sedis archiepiscopus et tocius Germanie archicancellarius recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M̄C̄XCII, indictione decima, regnante 15 domino Henrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXIII, imperii secundo; datum apud Mersburc per manum Sigeloi prothonotarii VI. idus decembris.

577.

Abt Siegfried zu Hersfeld bekennt, daß ihm Landgraf Hermann das Schutz- und Vogteirecht über die Abtei Burgbreitungen abgetreten habe.

1192. 20

Hdschr.: Or. Perg. Gem. Henneberg. Archiv Meiningen. Ist in neuerer Zeit verloren.

Gedr.: Kuchenbecker, Anal. Hass. 12,325.

In nomine sancte et individue trinitatis. Sigfridus dei gratia abbas ecclesie Hersfeldensis. Notum esse volumus tam futuris quam presentibus, qualiter nos abbaciam in Burgbreitungen de manu Hermanni lantgravii Thuringie et palatini Saxonie ecclesie 25 Hersfeldensi acquisiverimus. Tradidit enim nobis idem Hermannus una cum coniuge sua Sophia locum illum cum advocatia et omni iure et cum omnibus loco illi pertinentibus, quatenus ad obtinenda beneficia illa, que post obitum fratris sui Ludewici lantgravii nobis bonam voluntatem nostram sibi reconciliaret. Igitur cum locum illum quiete et sine contradictione possidemus, visum nobis fuit honestum et utile, quatenus loco eidem 30 consulendo in futurum prospiceremus et ut monastica religio et nomine et titulo abbatis et maxime servitium divinum, quod hactenus ibidem satis decenter floruerat, sub patronatu ecclesie nostre in domino Habito itaque fratrum, fidelium quoque et ministerialium ecclesie nostre consilio testibus subter notatis presentibus ita ordinavimus et statuimus, quatenus defuncto abbate suo fratres loci illius liberam habeant potestatem 35 eligendi inter suos abbatem, si idoneum invenerint, si minus in loco Hersfeldensi, quoniam quidem locus non due sed una sunt ecclesia, abbatem sibi eligant. Quodsi nec ibi sibi idoneum invenerint, liberum sit eis undecunque locorum abbatem sibi assumere ita tamen